

29  
LECTIONES PUBLICAS  
ET PRIVATAS,  
PER INSTANS SEMESTRE AESTIVUM  
*IN ACADEMIA LUDOVICIANA*  
DEO DUCE ATQUE AUSPICE HABENDAS,

RECTOR  
D. IO. FRIEDERI-  
CUS KAYSER,

CONSIL. HASSO- DARMSTATT, ANTE-  
CESSOR ET REKVM IN ALMA LUDOVICIANA  
OECONOM. INSPECTOR PERPETUUS,  
UNA CUM UNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT,  
ATQ; AD EASDEM SEDULO AUDIENDAS  
GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIUM FACUL-  
TATUM STUDIOSOS PERAMANTER INVITAT.

D. XXX. MART. ANNO MDCCXXXIX.  
SVB SIGILLO ACADEMIÆ MAJORI.

GIESSÆ, TYPIS EB. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



*In Facultate Theologica.*

**D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

*SS. Theol. Prof. P. Ord. Superintendens & Consistorialis  
& h. t. Decanus.*

**H**istoria Ecclesiastica lectiones ea, quam in superiori Catalogo indicavi, ratione statâ hora & quidem strenue continuabo. Publice hor. XI - XII. disputationes in Theologiam positivam, eandemque denuo & lectiones Exegetico-practicas auspicabor. Complures horas per negotia ecclesiastica ardua, eaque præsentissima nec mihi, nec studiosæ juventuti, quam valde doleo, concedunt.

**D. REINH. HENR. ROLLIUS,**

*Prof. Publ. Ord. Senatus Eccles. Assessor, atque distr.  
ZACHARIÛ Alsfeldensis Superintendens.*

**C**um, quæ in publicis, iisque Polemicis, Lectionibus in Syllogen controversiarum FECHTIANAM hora X. tractanda supersunt, aliquot hebdomadum spacio absolvi possint, hunc laborem primum aggredietur, eoque ad finem perducto ad HISTORIAM RESUR-

SURRECTIONIS CHRISTI, exegetice & porismatice pertractandam, sese accinger. Addet & *exercitium disputatorium* in dictam Syllogen, publice pariter horis consuetis instituendum. *Privatim* hora VII. *historiam Theologiae litterariam*, ex qua lucem non contemnendam sanctioris disciplinae tractatio sortitur, ad ductum b. BUDDEI explicabit; nec illis defuturus, quibus *Theologiam dogmaticam*, superiori semestri absolutam, se duce imbibere allubescer.

## D. ERNESTVS FRIDERICVS NEUBAVER,

*SS. Theol. Prof. publ. extraord.*

**P**ublice collegium instituet *exegeticum* in euangelium *Matthaei*, ea methodo, ut post datam breuem in illud introductionem, omnia accurate, quantum quidem in historico libro decet, explicentur, harmonia reliquorum euangelistarum subinde ostendatur, dubia varia remoueantur, cunctaque ad verum & spiritualem vltum transferantur. *Privatim* praefectiones *theticas* in b. BAIERI *compendium theol. positivae* inchoabit, intra anni spatium absoluendas; *homileticas* quoque, si desiderentur, in b. RAMBACHII *praecepta homiletica*, aut *historico-litterarias*, ad comparandam librorum theologorum notitiam, additurus. Conatibus Numen faueat!

*In Facultate Iuridica.*

## D. JO. FRIDERICUS KAYSER,

*Consil. Hasso-Darmstatt. Antecessor, & rerum Oecon. in Alma*

*Ludoviciana Inspector perpetuus.*

**D**E iure collectandi & subcollectandi in Imperio R. Germ. quod hodie Statibus, non ex Commissione Imperii, sed iure proprio competit, secundum *Instrum. Pacis Osnabrug. Art. XVI. §. 10.*

*R. l. noviss. §. 180. & Capitul. Caroli VI. §. 15. publice profitebitur, docebitque simul, commentitiam & fictitiam in ea materia esse distinctionem, inter collectas Imperii privilegiarias & non privilegiarias: Privatim Jus publicum, non ex antiquis fabulis aut Legibus obsoletis, sed ex ipsis rerum argumentis & limpidis fontibus Legum Imperialium, maxime recentiorum, ad ductum CASP. HENR. HORNII exponet; in Collegiis privatissimis sedulo continuabit, & in aliis quoque legitimae scientiae partibus operam industriamque suam pro desiderio Dominorum Commilitonum libenter impendet.*

**D. JOH. FRID. WAHL,**

*P. P. O.*

**P***ublice. Struvii Jurisprudentiam Romano - Germanicam forensem explicabit. Privatas quoque & privatissimas lectiones continuabit & in novis collegiis aperiendis desiderio Dnn. auditorum se accommodabit.*

**HENRICUS CHRISTIANUS  
SENCKENBERG.**

*Phil. & J. U. D. Prof. Juris Ord. & in Ser. Regimine Consil.*

- I.** *Publice praeleget Collegium Examinatorium ad Instituta HEINECIANA singulis Mercurii & Saturni diebus ab hora IX ad X.*
- II.** *Privatim Jus Germanicum ad Compendium suum Anfangs-Gründe dictum ab hora VIII. mat. ad IX.*
- III.** *Jus Feudale, ad ductum Compendii sui ab hora IX ad X. quatuor diebus per hebdomadam.*
- IV.** *Jus Canonicum filo Illustris Boehmeri in Institutionibus Juris Canonici usurus, ab hora X ad XI, cui notas suas MStas addet.*
- V.** *Processum tum communem, tum Summorum Imperii Dicasteriorum, juxta normam thesium a se in calamus dictandarum; cui*

**VI.**

VI. Collegium elaboratorium & postmodum relatorium, singulis Mercurii & Saturni diebus junget, ad omnes Processus species directum ab hora XI, ad XII.

Si qui praeterea in Jure publico, Civili Romanorum & Historia Juris aut litteraria institutione eius uti velint, haud secus ac elapso semestri, in his denuo experientur votis obsecundantem.

## JOH. HARTMUTH RAYS,

*J. U. Dr. & Prof. Publ. Ord.*

**P**andectas duabus quotidie horis, altera publice, altera privatim ad ductum Comp. Jur. Lauterb. exponet, novumque ad Institutiones Justinianearum Collegium auspicabitur: quum vero permulta non tantum in textu Institutionum, sed etiam in reliquis corporis Juris partibus sint obvia, quæ lucem suam ex historia Juris romani mutuantur, hanc ipsam quoque Historiam Autore BRUNQUELLO profitebitur, & simul Historiam Legum Germanicarum, quam idem Autor Part. IV. subjungit, tradet, nec illis, qui collegium ad Struvii Jurisprudentiam, vel practicum desiderabunt, defuturus.

## ERNEST. CHRISTOPHORUS ARNOLDI

*J. U. Licent. Prof. Jur. extraord. & Facult.*

*Jurid. Assessor.*

**I**n lectionibus publicis ad Struvii Jurisprudentiam Romano-Germanica - forenses hora VIII. perger, speciatimque ex ejusd. libro quarto, qui adhuc exponendus est, modum procedendi in foro tradet. Privatim vero collegium Institutionale explicatorio-examinatorium, Pandectale, Feudale, & Juris publici, adornabit, desideriis Dn. Auditorum tam in theoreticis quam practicis nunquam defuturus.

*In Facultate Medica.*

**D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,**

*P. P. O.*

**P**ublice musculorum doctrinam exponet, simulque prout è re visum fuerit, plantarum demonstrationibus operam dabit: Privatim in aliis muneris sui partibus desiderio Nobiliss. Dnn. Commilitonum se accommodabit.

**LUD. HENR. LEO HILCHEN**

*Med. D. & P. P. O.*

**E**A, quae in Institutionibus & Praxi, tam generali, quam speciali, adhuc supersunt, hac aestate, D. V., ad finem perducet: alia quoque, si desiderabuntur, additurus.

**D. GERARDUS TABOR,**

*P. P. O.*

**P**ublice per instans semestre aestium B. c. D. praxin specialem praecunte cl. Junckero explicabit.

*In Facultate Philosophica.*

**CHRISTOPH. FRIDERICUS  
AYRMANNVS,**

*Prof. Philos. prim. Histor. & Bibliothecar.*

*b. t. Facult. Philos. Decanus.*

**I**N Collegio priuato ab hora II. ad III. absoluit Historiam vniuersalem antiquam & medii aui, breuique & noua absoluta, Collegium Historiae particularis inchoabit. Ab hora III. ad IV. nouum statim Collegium Historiae univ. auspicabitur. Tradet quoque hora comoda Historiam Imperii Ro. Germanici, & plura praestare poterit, restituta propemodum singulari Dei gratia superioris temporis valitudine.

dine. Bibliothecam publ. singulis Saturni diebus ab hora III. ad V. pro more aperire perget. Proxima denique æstate Promotionem magisterialem publice instituet.

## JACOB. FRIDER. MÜLLER,

*Philos. Prof. Ordin.*

Publice docebit Logicam, privatim Ontologiam, Psychologiam & Theologiam naturalem. Addet etiam Collegium Juris Naturæ, seu Grotium de J. B. & P. seu Pufendorfium de Off. H. & C. prout Dominis Commilitonibus placuerit, expliciturus.

## IO. LVDOVICVS ALEFELD,

*Philos. natur. Prof. ordin.*

Doctrinam physicam denuo publice tradet: nonnulla quoque in experimentalibus tentabit, id inprimis operam daturus, ut theoriæ publicis lectionibus expositæ, priuatim, quantum quidem per eum, quem adhuc conquirere potuit, instrumentorum apparatus licebit, experimentis, saltem necessariis, & oculari demonstratione illustrentur.

## D. ERNESTVS FRIDERICVS NEUBAVER,

*Antiqq. nec non sacrarum & orientis lingg. P. P. O.*

Sum philologiæ sacræ in exegesi publicis recitationibus abunde commonstrabit. Priuatim, quæ desiderata fuerint, docebit, in primis ebraica, difficillimum elegantissimumque prophetam, grandiloquum illum Esaiam, aliosque prioris foederis vates, explicaturus, neque antiquitates ebraicas, (quarum cognitio tantopere necessaria est accurato scripturarum interpreti) ad ductum insignis compendii, a cel. Bremensium theologo & philologo, D. CONR. IKENIO, conscripti, tradendas, aut graecas litteras neglecturus. Quod si quoque sint, qui, ebraeum codicem satis edocti, in orientalibus litteris, chaldaea, syriaca, arabica, aethiopica lingua proficere velint, opera sua numquam iis decrit. CHRI-

# CHRISTIANVS LVDOVICVS GERSTEN,

*Math. P. O. & Reg. Soc. Lond. Sod.*

PUBLICÆ Trigonometriæ planæ atque sphaericæ præcepta demonstra-  
bit, quibus deinde Astronomiæ sphaericæ problemata subnectet,  
Privatim & privatissime quibusvis honestis discipulis desideris annuet.

## IO. HERMANNVS BENNER,

*Eloq. Prof. Ord. & Paedagogiarcha.*

DE periodo, chria, epistolis, orationibus, nostra per hiemem præ-  
cepta illustrauimus. Nunc alterius compendium enucleabitur.

Privatim eos optamus auditores, cum quibus aliquid, academia  
dignum, tractari possit.

## CHRISTOPHORUS LVDOV. RVDIGER,

*Prof. Publ. extracrd. Definitor & V. D. M. ord.*

IN acroasibus metaphysicis a doctrina causarum, cuius gratia a  
multis solummodo haec disciplina addiscitur, feliciter exordiri, &

Deo clementer dante, ad colophonem has prælectiones deducere,  
monstrato continuo in controuersis præcipue recentioribus vsu  
theologico, animus est. Adhaec, qui vel oratoriae vel moralis do-  
ctrinae, sacrae, cupiditate ducuntur, illorum desiderijs mira alacri-  
tate assurgit. Nec non praesto erit ad nutum eorum, qui ad au-  
reum PVFENDORFII de Off. H. & C. libellum, moleremata vna  
cum ipsis vt communicarem, exoptant.

HABEBUNT etiam Generosi & Nobilissimi Cives commodissimam occa-  
sionem in arte equestri, in ludo palaestrae, in arte commode & pe-  
rite saltandi, nec non in linguis exoticis, Gallica, Italica, apud exer-  
citorum istorum & linguarum magistros, publica auctoritate consti-  
tutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profe-  
ctus suos augendi, partemque habilitatem perficiendi.